



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Decimonono.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

stant merita) pure & gratis ex amore & favore ad deum, ex eiusmodi fiducia nata. Ita, vt sinant eiusmodi opera omnia esse exercitationem & adimonitionem talis fidei & fiduciae magis & magis confirmandae. Nam sicut dictum est sepe numero, hæc fides omnia opera facit bona. Imo a fide oportet opera fieri, ita vt fides magister sit operum,

DECIMONONO.

Quid vicissim dñs deceat.

¶ E diuerso dominorum & matronarum est, regere ministros, anellas, & operarios suos non tyrannice. Non omnia ad viuum querere, sed interdū aliquid permittere, & pro tranquillitate & concordia cōnuere. Nam quando in hac vita terrestri in imperfecte fide viuatur, in nullo vniq̃ ordine & statu possunt omnia ad perpendicularum exigī. De quo S. Paulus ad Colossenses, 4. Domini quod iustum & æquum est, seruis prestare, sciētes quoniam & vos dominum habetis in celo. Ideoq; sicut domini nolunt a deo cū ipsis agi seuerissime, sed multa ipsis ex gratia remitti, ita vicissim debent eo mitiores erga suum esse famulitium, remittentes non nihil, data tamen interim opera vt bene viuant & discant deum timere. Hic iterum vides quid bonorum operum possit & pater & mater familias facere. Quam pulchre nobis omnibus bona opera, quā prope, quā multipliciter, q̃ frequenter admoueat & proponat, vt non cogamur de bonis operibus interrogare. Imo bene possimus obliuisci reliquorum eleganter apparentium & fulgentium, longe ascitorum, & humanius inuentorum operum. Vt sunt peregrinari, templa exstruere, indulgentias querere, & id genus similia. Hic quoq; a me dicendū esset quomō vxor marito suo vt suo superiori siue principi obedire, subesse, cedere, tacere, permittere debeat, vbi non sit contra deum. Rursum vt maritus vxorem diligat, ei non nihil indulgeat, non omnia ad amussim exigens, vt S. Petrus & Paulus multa in hanc rem dixerunt. Sed hæc res conuenit longiori decem præceptorum enarrationi, & potest ex his capitibus facile agnosci.

VIGESIMO.

Obedientia] sollicitudo.

¶ Verum quicquid dictum est de his operibus comprehenditur his duobus, obedientia & sollicitudine. Obedientia em̄ decet populares siue subiectos, Sollicitudo dominos siue superiores, vt curam habeant suos subiectos bene regendi, eos comiter & humaniter tractandi, & oīa faciendi, quibus ipsis vsui sint & auxilio. Hæc em̄ ipsorū est via ad cælum, hæc ipsorū optima opera quæ facere possunt in terris, quibus deo sunt acceptiores quā si alioqui mera facerent miracula. Ita dicit S. Paulus. Rom. xij. Qui præest in sollicitudine. Quasi diceret. Ne moueatur quid reliquid vel homines vel ordines faciant. Neq; spectet vel hoc vel illud opus, siue luceat siue obscurum videatur. Sed obseruet suam conditionem